Præpositio persæpe cum aliqua orationis partium componitur, in quo est advertendum, quod si pars orationis, cum qua componitur, à consonante incipit, simpli-

simplicem eorum fieri contractionem,
ut ex *κατα* & *γράφω*, fit *καταγράφω*. Sin au-
tem incipit à uocali, & præpositio in uo-
calem exit, tum ea præpositionis uocalis
ultima in compositione abiicitur, ut à *παρὰ*
& *ἀκῶ*, fit *παράκῶ*.

EXCEPTIO.

*partis com-
significatione
quædam
uant-*
Excipe *πόδι* & *πῶ*, quæ suam etiam uo-
calem seruant,* ut ex *πόδι* & *ἔχω*, fit *ποδίε-
χω*. Ex *πῶ* & *ἄγω*, fit *προάγω*. *procella.*

NOTATIUNCULÆ

*conuer.
w. 9.
æpositio
uer.
la, uela
i, ioo
o ioo.*
Si abiecta præpositionis uocali ea exi-
erit in tenuem, & dictio sequens in cepe-
rit à uocali aspirata, consonans tenuis
præpositionis uertitur in suam aspiratam,
ut ab *ἀπό* & *ὀπλίζω*, fit *ἀφοπλίζω*. *exarmis.*

Ex autem qualicunque uocali uel diph-
thongo in compositione sequente uerti-
tur in *ἐξ*, ut ab *ἐκ* & *ἔλω*, fit *ἐξέλω*, & *ἐκ* &
αἶρω, fit *ἐξαιρώ*.

DE AUGMENTO RIVS-
modi uerborum.

Quando uerbum cum præpositione
compositum, suo simplici nihil plus signi-
ficat (sæpe enim præpositiones ornatus
uel

uel carminis gratia adduntur) tum fit augmentum in principio, ut dictum est, ut, γνέπω, ὤρεπον.

Quando uero compositum plus significat suo simplici, augmentum fit in medio, ut sequitur, separetur primum præpositio & uerbum, postea formentur præterita & Indefinita ad prædictum modum. Deinde denuo componantur, ut proxime dictum est. Α κατὰ & ἀκύνω, fit κατακύνω, id est, exaudio, Præteritum imperfectum, κατήκον, καταλέπω, κατέλεπον, καταλέλεφα.

Ita præcipiunt Grammatici, quod Tyrionibus etiam satis esse puto, in primis tamen qui certus esse uolet, autores obseruet, in quibus neque hanc neque ullam fere aliam regulam adeo superstitiose seruata aduertet.

DE INDEFINITO SECUNDO.

Indefinitum secundum nos à præterito imperfecto formamus, secuti Richardum Crocum præceptorem nostrum. Ea enim formandi ratio facilius nobis esse uidetur,

videtur, quam si ab indefinito primo ducatur.

Fit ab imperfecto, si ante $\sigma\rho$ finale $\pi\tilde{\iota}$, $\kappa\tilde{\iota}$, λ , $\mu\nu$, reperitur, abijciendo posteriorem consonantem, penultimamq; considerando, quemadmodū infra docebitur.

$\pi\tilde{\iota}$	abijcit	$\left\{ \begin{array}{l} \tau \\ \lambda \end{array} \right\}$	ut	$\epsilon\tau\upsilon\pi\tilde{\iota}\sigma\rho$, $\epsilon\tau\upsilon\pi\sigma\rho$.
$\kappa\tilde{\iota}$				$\epsilon\pi\kappa\sigma\rho$, $\epsilon\pi\kappa\sigma\rho$.
λ				$\epsilon\lambda\alpha\lambda\sigma\rho$, $\epsilon\lambda\alpha\sigma\rho$.
$\mu\nu$				$\epsilon\kappa\alpha\mu\nu\sigma\rho$, $\epsilon\kappa\alpha\mu\sigma\rho$.

Excipitur $\beta\lambda\alpha\pi\tilde{\iota}\omega$, $\epsilon\beta\lambda\alpha\pi\tilde{\iota}\sigma\rho$, $\epsilon\beta\lambda\alpha\sigma\rho$.

$\mu\epsilon\upsilon\pi\tilde{\iota}\omega$, $\epsilon\mu\epsilon\upsilon\pi\tilde{\iota}\sigma\rho$, $\epsilon\mu\epsilon\upsilon\sigma\rho$.

a regulari $\kappa\alpha\lambda\upsilon\pi\tilde{\iota}\omega$, $\epsilon\kappa\alpha\lambda\upsilon\pi\tilde{\iota}\sigma\rho$, $\epsilon\kappa\alpha\lambda\upsilon\sigma\rho$. f E

$\sigma\kappa\alpha\pi\tilde{\iota}\omega$, $\epsilon\sigma\kappa\alpha\pi\tilde{\iota}\sigma\rho$, $\epsilon\sigma\kappa\alpha\sigma\rho$.

$\epsilon\lambda\alpha\sigma\rho$, $\epsilon\beta\alpha\sigma\rho$, $\epsilon\gamma\alpha\sigma\rho$. f Q

DE PENULTIMAE CON-

sideratione.

In omni Indefinito secundo formando, est praeterea penultima Imperfecti considerata, & si in aliquam ex subiectis regulis inciderit, iuxta eius praescriptum mutanda.

REGULA PRIMA.

Si in penultima imperfecti η , ω , α , $\alpha\nu$, ω , fuerit, in indefiniti secundi formatione vertatur in α .

$\sigma\upsilon$ abijcit $\rho\upsilon$ $\sigma\tau\epsilon\iota\sigma\sigma\epsilon\iota\sigma\rho$ $\alpha\upsilon\sigma\tau\epsilon\iota\sigma\sigma\epsilon\iota\sigma\rho$ α uer-

$\upsilon\sigma\tau\epsilon\iota\sigma\sigma\epsilon\iota\sigma\rho$, $\eta\chi\sigma\sigma\epsilon\iota\sigma\rho$, $\eta\kappa\sigma\sigma\epsilon\iota\sigma\rho$.

ueritur in α, ut ^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.}
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.

REGVLA II.

Si ε uel α diphthongum in penultima
 habet imperfectum, in indefiniti secundi
 formatione ε abijcitur.

abijcit ε, ut ^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.}
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.

REGVLA III.

Si imperfectum in penultima habet ε
 uel α precedente liquida, quæ subiuncta
 est alteri consonanti, uel sequente imme-
 diate liquida mutabitur ε uel α in α.

precedente liquida, sub-
 iuncta alteri consonanti,
 uel sequente liquida, mu-
 tatur in α, ut : ^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.}
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.
^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.} ἡλκισσον, ἡλκισσον.

EXCEPTIO I.

A prima regulæ parte excipitur ^{ἡλκισσον, ἡλκισσον.}
 γορ & ἡλεπορ. Nam in his nulla mutatio
 fit, quamuis præcedat liquida subiuncta
 alteri

alteri consonanti, sed conuenit Imperfectum & Indefinitum secundum.

EXCEPTIO II.

Secundo excipiuntur trisyllaba quinta coniugationis, quæ æ diphthongum, quamuis sequatur liquida, in æ non uerunt, sed solum abijciunt, ut, ἐγείρω, ἡγείρομαι, ἡγρόμαι, ὀφείλω, ὠφείλομαι, ὠφελω.

REGVLA IIII.

Si imperfectum exit in αορ uel εορ, in indefiniti secundi formatione abijcitur æ uel ε: Sic indefinitum secundum una syllaba minuitur ab imperfecto. Sed uerba terminata in ω purum, plerumque carent indefinito secundo. In ijs uero quæ indefinitum secundum habent, quæ perpauca sunt, iuxta hanc regulam quartam id formabitur, ut, ἐβόαορ, ἐβόορ, ἐποίηορ, ἐποίηομαι.

REGVLA V.

Verba habentia ante ορ imperfecti ας, ς, ζ, siquidem in futuro ξ habuerint, uerunt eas in indefiniti secundi formatione in γ, Sin autem σ in futuro habuerint, commutant in δ.

hic post contractionem non h'nt: alias os si carent αοιστοῖς ut πορεύω. ω. manet πύξ Non πύρεξ δ' ὡς αἰώω. ἡδύσσορ, ἡδύσσομαι. ἡμῶνδω. ἡμῶνδω. ἡμῶνδω.

ω} si in futuro habet } uertit eas in } ut:

ἐκραζοῦ, κρᾶξω, ἐκραγοῦ.

ᾠρουσῶ, ὠρεύξω, ᾠρουγοῦ.

ἐπράττω, πράξω, ἐπραγοῦ.

ἐφράζομαι, φράσω, ἐφραδοῦμαι.

ἐπλάττω, πλάσω, ἐπλαδοῦμαι.

Quæ per ω offeruntur, etiam per η ef-
ferri possunt: Hac tenus traditæ regulæ in
iis locum habent, quorum imperfectum
duas syllabas excedit: Nam si bisyllabum
tantummodo fuerit, nulla fiet mutatio,
Sed idem erit imperfectum & indefinitum
secundum: ἄλλω, ἡδ' οὔ. Verba quæ in nul-
lam istarum regularum incidunt, simili-
ter dicta duo tempora coincidentia ha-
bent, ἐλεῖν, ἔλεος, ἔλεγομαι, ἔλεγομαι.

DE FUTURO SECUNDO.

Futurum secundum formatur ab In-
definito secundo, uertendo οῦ finale in ὦ
circumflexum, abiiciendo augmentum
temporale uel syllabicum, quod fiet mu-
rata uocali, uel diphthongo initiali inde-
finiti, in eam quæ presentis initium existit,

E aut

aut abiectio ε, quod in Imperfecti formatione assumptum est, ut:

ὀρύσσω, ὠρύσομαι, ὠρύγομαι, ὀρύγῃ.

τύπῃ, ἐτυπῆται, ἐτυπῆται, τυπῇ.

οἰκτιρῶ, ὠκτιρῶμαι, ὠκτιρόμαι, οἰκτιρῶ.

Quamobrem deficiente peculiari indefinito secundo, deficit etiam futurum secundum.

DE FUTURO PRIMO TRIVM

primarum coniugationum.

Futurum primum coniugationis primæ, secundæ & tertiæ, formatur à prima persona presentis, mutando distinctivam presentis in distinctivam futuri, iuxta figuram superius positam, τύπῃ, τύψω. λέγω, λέξω. ἄδω, ἄσω. πλῆθω, πλήσω.

DE FUTURO PRIMO VER-

borum Quartæ.

Quandoquidem verba quartæ coniugationis partim in futuro ξ, partim σ habent, duas ex Herodiano & Demetrio regulas notato.

P R I M A.

Verba in ὠσω, ῥῃω, ut plurimum in futuro habēt ξ, ut, ὀρύσσω. ὀρύξω, πρᾶρῃω, πρᾶρῃω.

Exci-

Excipiuntur sequentia, quæ habent σ, ut, πλάττω, πλάσσω. ἐρέω, ἐρέσω. ἰνέω, ἰνέσω. πᾶνέω, πᾶνέσω. λάω, λάβω. His adde πρᾶττω, cum uendo significat.

S E C V N D A.

Verba in ζω pleraque habent in futuro σ, δέω, δέσω. φράω, φράσω. βασιζω, βασιδίσω.

Quæ sequuntur excipe, ut quæ habent ξ, ut: οἰμῶζω, οἰμῶξω. σπείζω, σπείξω. αἰᾶζω, σπνᾶζω, ὀλολύζω, ἀλαπάξω, θρυλλίζω, λεᾶζω, σφᾶζω, σίζω, ξίζω, πρῦζω, quod σ interdum habere reperitur. Adde πᾶνέω, quod communiter facit πᾶνέξω, Attice uero πᾶνέσω.

DE FUTURO PRIMO

uerborum Quintæ.

Eius coniugationis primum futurum similiter à prima persona præsentis deduces, ultimam circumflectendo, & corripiendo penultimam, si longa fuerit μένω, μένω.

PENULTIMÆ COR-

ripiendæ ratio.

Si ante ω finale præsentis reperiuntur

E 2

duæ

Eius in futuro habet in jecti

duæ liquidæ, penultima ut brevis fiat, abijciatur earum posterior.

λλ } abijcit { λ } ut { ἄλλω, ἄλλω.
 μν } { ν } { τέμνω, τέμνω.

Sin autem in penultima præsentis αε uel ε fuerit, in futuri formatione abijciatur ι.

αε } abijciunt in futuro ι, ut { φαίνω, φαίνω.
 ε } { φθίρω, φθίρω.

DE FUTURO PRIMO VERBORUM sextæ coniugationis.

Verba in ω purum sextæ coniugationis, futurum formant non per distinctionis mutationem, sed per eius nempe σ asumptionem ante ω finale præsentis, ut, πᾶνω, πᾶνσω. βασιλεύω, βασιλεύσω.

Attamen in uerbis εω, αω, & οω. Præterea brevis uel anceps præsentis uertitur etiam in suam longam.

εω } uertitur in { ἥσω } ut { ποιέω, ποιήσω.
 αω } { ἥσω } { βοάω, βοήσω.
 οω } { ᾠσω } { χρυσόω, χρυσώσω.

Reperias

Reperias tamen in autorum lectione uerba nonnulla ante αω, εω, uel οω aliquā liquidarum habentia, quæ uocalem penultimæ non mutant, ut, ^{γίγχο} γελάω, γελάσω, ^{ρετρίβω} τελέω, τελέσω &c.

Item uerba in εω, si dissyllaba fuerint, εω in οω, uertunt, ut, ^{πλάττω} πλέω, πλόωσω. ^{ῥέω} ῥέω, ῥόωσω. His adde ^{καίω} καίω, καίωσω. ^{κλάω} κλάω, κλάωσω.

DE INDEFINITO PRIMO.

Indefinitum primum formatur à prima futuri primī, uertendo ω finale in α, & assumendo augmentum in principio, ut in imperfecto ostensum est, ut, ἔτυπον, τύπω, ἔτυπα. ἔλεγον, λέξω, ἔλεξα. ἤκουον, ἀκούω, ἤκουα.

PECULIARE QUINTÆ.

Circa uerba quintæ coniugationis hoc amplius est obseruandum, si in penultima futuri fuerit α, uertitur in indefiniti primī formatione in η, si uero ε, uertitur in α diphthongum.

α uertitur in η ut ἔταλλον, ταλῶ, ἔτηλα.
ε uertitur in α ut ἔμενον, μενῶ, ἔμεινα.

Quandoq; tamen α non mutatur in θ,
sed producitur solum, ἐμίαινον, μιανῶ, ἐμί-
αινα. ἐχλΐαινον, χλΐανῶ, ἐχλΐαινα.

DE PRAETERITO PRIMAE, SE-
cundae, Tertiae, Quartae et Sextae
coniugationis.

Præteritum perfectum dictarum con-
iugationum formatur à prima Indefiniti
primi, mutando distinctiuam futuri in di-
stinctiuam præteriti: Idq; ita simpliciter
procedit, si præsens incipiat à uocali uel à
duabus consonantibus actu uel potens-
tia, uel à ρ, ut, ἀκῶω, ἤκωσα, ἤκωκα. σίζω, ἔσι-
ξα, ἔσιχα. ψιλῶω, ἐψίλωσα, ἐψίλωκα. ῥίπτω,
ἔρριψα, ἔρριφα.

Excipe μέμνημαι, ἀμύνομαι, λίσσεται, ἀ-
λιπάομαι, πῆπταμαι, ἀπῆάομαι, πῆπλωκα, ἀ-
πῆρω. In his enim uerbis fit reduplicatio
primæ consonantis, à qua thema uerbi
incipit. Qualia præterita reduplicata eti-
am apud Latinos reperiuntur, ut pupugi,
momordi &c.

Sin autem à consonante sola, uel etiam
à muta cum liquida incipiat præsens, præ-
poni-

ponitur & reduplicatur etiam in formatione perfecti prima præsens cōsonans, ut: *τύπῳ, ἔτυψα, τέτυφα. γράφω, ἔγραψα, γέγραφα.*

EXCEPTIONES DVÆ..

1 Excipe à γν & γγ incipientia. Nam eisi sit muta cum liquida, nulla tamen sit consonantis præpositio, sed distinctiua solum mutatio, ut: *γνώω, ἔγνων, ἔγνωκα. γγύω, ἔγγυον, ἔγγυονα. γορέω, ἔγγυρον, ἔγγυρονα.*

2 Secundo. Incipientia ab aspirata consonante excipe. Nam ipsa aspirata non præponitur, sed eius tenuis. (μακα.

uertitur in *μακαίω, ἐθαύμασα, τεθαύμασα. χαλκίδω, ἐχάλκισα, πεχάλκισα. χαλκίδω, ἐχάλκισα, πεχάλκισα.*

PECVLIARE PRIMÆ

Est præterea notandum, quod uerba bisyllaba primæ coniugationis *πρ* in penultima habentia, illud in perfecti formatione in *πρ* uertunt, ut, *σρέφω, ἔσρεψα, ἔσρεψα.*

DE PRÆTERITO PERF.

festo Quintæ

E 4

Præ

Præteritum perfectum quintæ coniugationis formatur à futuro primo, mutando ω finale in $\kappa\alpha$, obseruatoq; augmento imperfecti, & si opus fuerit iuxta prædictas regulas, præponatur etiam prima præsentis consonans, $\psi\acute{\alpha}\lambda\omega$, $\epsilon\psi\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon$, $\psi\alpha\lambda\omega$, $\epsilon\psi\alpha\lambda\kappa\alpha$.

NOTATIVNCVLAE.

Quod si facta mutatione, ut dictum est, euenerit ν ante κ , uertitur ν in γ , ut, ^{iucis} φαίνω, φανῶ, ^ωπέφαγκα.

Si uero præsens bisyllabum in $\nu\omega$ exit, atq; in penultima habet, ι , uel $\gamma\omicron$, uel ϵ , tunc ν non uertitur in γ , sed ~~omnino~~ ^{abijicitur}, ut, ^{κείνω} κείνω, ^{κείνω} κείνῶ, ^{κείνω} κείκεικα. ^{διώνω} διώνω, ^{διώνω} διώνῶ, ^{τίθνω} τίθνω, ^{τίθνω} τίθηκα. ^{ἐκτείνω} ἐκτείνω, ^{ἐκτείνω} ἐκτείνῶ, ^{ἐκτείνω} ἐκτετακα. Reperias tamen nonnulla polysyllaba ν in γ uertentia superiorem in modum, ut, ^{μίσκω} μίσκω, ^{μίσκω} μίσκῶ, ^{μίσκω} μίσκαγα. ^{μολύνω} μολύνω, ^{μολύνω} μολύνῶ, ^{μολύνω} μεμόλυγα, adde ^{ὀφείνω} ὀφείνω, & si qua alia sunt.

DE PENULTIMA.

Est præterea in hac formatione obseruandum, si futurum bisyllabum in penultima habuerit ϵ , id in præterito perfecto mutari

mutari in α, ut, ^{αἰ}ἔτανῶ, ἔτγῶ, ἔτκκα. ^{αἰ}ᾠῶ, ᾠδῶ, ἔᾠαρκα.

Sin autem futurum in μω exierit, penultima non mutatur ad dictum modum, sed quacuncq; penultima existente ῶ uertitur in κκα, ut, ^{αἰ}τέμῶ, τέμῶ, τέτέμκκα. ^{αἰ}νέμῶ, νέμῶ, νυνέμκκα. ^{αἰ}λάμῶ, λάμῶ, λεκλάμκκα. Ex his nonnulla syncopata proferuntur, τέτ^οτετέ^ομκκα, ^οἔκκκκα. ^οτο κκαί^ομκκα

DE PLUSQUAMPERFECTO.

Præteritum plusquamperfectum formatur à prima præteriti perfecti, mutando finale α in ει, ut, ἤκδκα, ἤκδκα^ο. ἔστ^οαφα, ἔστ^οαφε^ο.

Si tamen perfecti initium fuerit consonans, assumitur præterea ad plusquamperfectum formandum in principio ε, ut, τέτυφα, ἐτέτύφε^ο.

DVÆ REGVLÆ IN RELI-
quis Modis notandæ.

In formatione temporum in reliquis modis indefinitorum, augmenta abijciuntur, quemadmodum in futuro secundo docuimus, ἔτυφα, τύφο^ο.

In iisdem modis præsens & imperfectum, similiter perfectum & plusquamperfectum coincidunt, id quod ex autorum lectione deprehenditur.

DE IMPERATIVO.

In Imperativo quatuor tantum tempora formantur: Præsens, præteritum, & indefinitum secundum formantur à prima persona Indicativorum, mutando ultimam in ε, ut, *τύπῳ, τύπῃ, à τέτυχα, τέτυφε*, ab *ἐτυπον, τύπε* fit. *ατίβιν α*

Indefinitum uero primum peculiari ratione fit à prima persona Indicativi, mutando ultimam in ου, ab *ἐτυψα* enim *τύψου* dicimus. *εψα* *εψου*

βεραιον Futura Imperativus non format, sed eorum loco in oratione utimur perfectio & Indefinitis, quæ in Imperativo vim futurorum obtinent.

DE OPTATIVO.

Optativi tempora omnia mutantur à prima persona sui Indicativi, mutando ultimam in οιμι. Excipitur Indefinitum primum, quod fit mutata ultima Indicativi in αιμι. Sic à *τύπῳ, τύπῃ* οιμι, à *τύψῳ, τύψῃ* οιμι.

τύποιμι, ἃ τέτυφα, τετύφοιμι, ab ἔτυπον, τύποιμι, ἃ τυπῶ, τυποῖμι. Sed ab ἔτυψα fit τύψαμι. In omni autem persona Optatiui reperitur diphthongus οι, uel in penultima syllaba uel ultima. Excipitur Indefinitum primum Optatiui, quod peculiariter habet diphthongum αι.

D E S V B I V N C T I V O.

In Subiunctiuo quatuor tantummodo formantur tempora, eaquē omnia à prima persona Indicatiuorum suorum, ω, ομ, α, in ω mutando, ut, τύπῃω, εἰὼν τύπῃω, ἔτυπον, τύπω, τέτυφα, τετύφω, ἔτυψα, τύψω.

Futura hic modus non format, sed eorum loco utimur in oratione Perfecto & Indefinitis. Quæ quia suam & futurorum uicem præstant, interpretaberis τετύφω, uerberauerim & uerberauero, tum etiam uerberassem, iuxta regulam secundam de reliquis modis traditam.

D E I N F I N I T I V O.

Infinitiuus præsentis, futuri primi & secundi & Indefiniti secundi, formatur à prima persona sui Indicatiui, mutando ultimam in αυ. Sic à τύπῃω, fit τύπῃαι, à τύψω,

τύψω, τύψῃ, ab ἔτυπον, τυπῆν, à τυπῶ, τυπῆν. Nam Infinitivus Indefiniti secundi cum futuri secundi Infinitivo coincidit, eundem etiam servans accentum.

Infinitivus Indefiniti primi fit à prima persona Indicativi, assumendo ad α finale, ut fiat α diphthongus, ut, ἔτυψα, τύψαι.

Præteritum perfectum formatur à tertia persona sui Indicativi, assumendo in fine ναι, ut, τίτυφε, πετυφύαι. Hic modus per numeros & personas non variatur, sed sub una terminatione omnes præstat, ut;

Præsens & imperfectum	τύπῃ.
Perfectū & plusquamperfectū	πετυφύαι.
Indefinitum primum	τύψαι.
Indefinitum secundum	τυπῆν.
Futurum primum	τύψῃ.
Futurum secundum	τυπῆν.

DE PARTICIPIIS VERBORUM
in ω.

Non sum mei oblitus, qui initio participium partem orationis à verbo separatam

tam posuerim, iam uero intermisceam, neq̃ enim fit sine causa. Commodius enim Tyroni puto, si cuiq̃ generi & terminationi uerborum, formatio participiorum eius subiiciatur.

Participium masculinum præsentis & utriusq̃ futuri fit à prima sui Indicatiui, addendo fini *ν*, ut, *τὸν πῶ*, *τὸν πῶν*, *τὸν ψ*, *τὸν ψω*, *τυπῶ*, *τυπῶν*.

Fœminina horum deducuntur à suis masculinis, *ων* uertendo in *α*, ut, *τὸν πῶν*, *τὸν πῶα*, *τὸν ψω*, *τὸν ψα*, *τυπῶν*, *τυπῶα*.

Neutra eorum similiter à masculinis *ων* in *ον* mutando, præterquam in futuro secundo, ubi *ων* in *ον* conuertitur, *τὸν πῶν*, *τὸν πῶον*, *τὸν ψω*, *τὸν ψον*, *τυπῶν*, *τυπῶον*.

Indefiniti secundi participium masculinum, fit à prima persona sui Indicatiui, abijciendo augmentum, & *ον* in *ών* conuertendo, ut, *ἐτυπον*, *τυπών*.

Fœminina uero & Neutra deduc à masculino, ut in præsentī *τυπών*, *τυπῶα*, *τυπόν*.

Indefiniti primi participium masculinum, forma à secunda persona sui Indicati-

dicatiui, abiecto augmento, *ἐτυψας, τῦψας.*

Fœmininum à masculino, assumpto in fine *α*, ut, *τῦψας, τῦψαα.*

Neutrum similiter à Masculino, *ας* in *ων* uerso, ut, *τῦψας, τῦψων.*

Præteriti perfecti participium masculinum forma à prima persona sui Indicatiui, *α* in *ώς* uertendo, ut, *ἔτυφα, ἔτυφώς.*

Fœmininum à masculino, *ώς* in *ῃα* uertendo, ut, *ἔτυφώς, ἔτύφῃα.*

Neutrum similiter à masculino, *ώς* in *ός* mutato, ut, *ἔτυφώς, ἔτυφός.*

DE EORVM DECLINATIONE.

Omne participium uerborum in *ω*, masculini & neutri generis, est declinationis quintæ. Quæ uero fœminina sunt, secundam declinationem sequuntur, id quod figura sequens ob oculos ponit.

Præsens & imperfectum.

ὁ τῦπῶν ἕρβων	τι τῦπῶντε.
ἡ τῦπῶα	τι τῦπῶσας.
τὸ τῦπῶν	τι τῦπῶντε.

Per-

Perfectum & plusquamperfectum.

ὁ τετυφώσκει *quæ uerberauit*. τὸ τετυφότης.
 ἡ τετυφῶσα *quæ uerberauit*. τὴ τετυφῶσης.
 τὸ τετυφός *quæ uerberauit*. τὸ τετυφότης.

Indefinitum primum.

ὁ τυφᾷ *quæ uerberat*. τὸ τυφᾷντες.
 ἡ τυφᾷσα *quæ uerberat*. τὴ τυφᾷσης.
 τὸ τυφᾷς *quæ uerberat*. τὸ τυφᾷντες.

Indefinitum secundum.

ὁ τυπῶρ *quæ uerberat*. τὸ τυπῶντες.
 ἡ τυπῶσα *quæ uerberat*. τὴ τυπῶσης.
 τὸ τυπῶρ *quæ uerberat*. τὸ τυπῶντες.

Futurum primum.

ὁ τυφῶρ *hic uerberaturus*. τὸ τυφῶντες.
 ἡ τυφῶσα *hic uerberaturus*. τὴ τυφῶσης.
 τὸ τυφῶρ *hic uerberaturus*. τὸ τυφῶντες.

Futurum secundum.

ὁ τυπῶρ *hic uerberaturus*. τὸ τυπῶντες.
 ἡ τυπῶσα *hic uerberaturus*. τὴ τυπῶσης.
 τὸ τυπῶρ *hic uerberaturus*. τὸ τυπῶντες.

Græcæ literaturæ candidatis sæpenu-
 mero coniugatio uerborum, & tempo-
 rum formatio tantum negocij facessit,
 ut rei difficultate, quæ reuera nulla est,

com-

complures conterriti, spem omnem discendi abijciant & industriam deponant. Quare studiosos sedulo monemus, ne specie & tanquam prestigijs falsę difficultatis decepti, rejici se à studio Græcarum literarum patiantur, sed sciant atq; adeo uideant difficultatem in formatione temporum nullam esse posse, quæ tam paucis, quas iam absoluiimus regulis, tota continetur. Nam qui perpauca hæc, quæ de actiuorum temporum formatione hæcenus tradidimus, tenuerit, is iam Græcæ Grammatices maiorem partem affectus, fereq; omni laboris molestia defunctus est: quandoquidem omnia quæ restant de formandis temporibus Passiuorum & Mediorum, ex Actiuorum cognitione pendeant, eaq; ueluti basi nitantur. Qui igitur actiua tempora formare didicerit, perfacile passiuæ & mediæ, quæ ab actiuis formantur, animo complectetur. Sed quoniam omnino in promptu actiuorum temporum formationem, ac non minus quam digitos & ungues suos notam habere studiosos oportet, Pliniusque

usque ipse de fragilitate humanæ memoriæ non iniuriâ quæritur, ea studiosis memoriæ subsidia præbebimus, quibus cum exiguo temporis spacio, tum minimo negotio, omnium actiuorum temporum formatio firme inscribetur animo, & manebit alta mente reposita. Consulimus igitur studiosis omnibus, ut quum primum de temporum actiuorum formatione regulas uel à præceptore expositas, uel suo Marte studioq; lectas intellexerint, (Quanquam enim operosum, non tamen prorsus ἀδύνατον profecto fuerit, studiosum Latinæ Grammatices scientiâ instructum, meoq; consilio obsequentem ἀποδιδάσκου Græcam Grammaticam hinc adipisci) initio singulis diebus uerbum unum atq; alterum forment, deinde progressi paulatim, singularum coniugationum unum uerbum, postremo plura uerba per omnia tempora & modos eundo, regulasq; subinde inspiciendo, & omnia ad præceptiones exigendo, una cum participiis absoluant, eaq; aut pugillaribus imprimant, aut palimpsesto

F

aut

aut chartis illinant. Tempora deniq; formata præceptoribus quotidie exhibeant emendanda, aut si præceptorum ope fuerint destituti, ipsi sint sibi ἐγχοδίωνται. Hac exercitatione qui duarum uel trium hebdomadarum currículo usi fuerint, id quasi ludibundi assequuntur, ut tempora actiuorum omnia citra ediscendi laborem, quem pleriq; omnes fugimus, & sæpe inutilem experimur, quum non raro quæ edidicimus paulo momento rursus elabantur, memoriæ penitus affixa perpetuo insideant, quibus in animo iam planissime insculptis, studiosus progreditur, ac Passiuorum etiam & Mediorum tempora per omnes Modos formans, chartæq; deletitiæ illinens, actiuis aggregabit, & in unum quasi concilium conuocabit, tribus ueluti ordinibus distincta. In hac iudem exercitatione per duas aut tres hebdomadas studiosus uersabitur, & experietur discussa iam uana illa difficultatis nebula, rem omnem sic esse lucidam & perspicuam, & perceptu facilem, ut nemo iam amplius possit difficultatis

tatis pertextu ignauiam suam conuestiare. Quod superest igitur animi inductione & uoluntate opus est, ut imperes ipse tibi semel deuorare tædium Grammaticum, semelq; exorbere hanc molestiam, siquidem hæc non uoluptas potius est quam molestia. De formatione uero personarum, nihil admodum sollicitudinis restat. Non enim ut apud Latinos singulæ coniugationes peculiare personas habent: sed omnium coniugationum personæ ad unum exemplum & regulam quærentur: quas si aliquoties studiosus precum ritu permurmurauerit, facile memoriæ mandabit.

DE PASSIUIS VERBORUM
in ω .

DE INDICATIVO.

Præsens fit à prima persona præsentis actiui, mutando ω in $\sigma\mu\alpha\iota$, ut, $\tauύπ\eta\omega$, $\tauύπ\eta\sigma\mu\alpha\iota$.

Præteritum imperfectum fit à prima imperfecti actiui, mutando $\sigma\phi$ in $\acute{o}\mu\lambda\omega$, ut, $\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\eta\sigma\phi$, $\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\eta\acute{o}\mu\lambda\omega$.

Perfectum passivum fit ab actiuo, uertendo.

φαίνωμαι, ut πέτυφα, πέτυμμαι.

χάσκωμαι, ut λέλεχα, λέλεγμαι.

ἔα modo in ^{σμαι}, ut ᾤπαικα, ᾤπαισμαι.
^{μαι}, ut ἔψαλκα, ἔψαλμαι, in
 quibus σ connecti non po-
 test. De quibus tres notentur regulæ.

P R I M A.

Verba tertię coniugationis mutant κα in σμαι. Verba quartę coniugationis, quę in præterito actiuo habent κα, mutant illud etiam in σμαι, ut, φράζω, ᾤφρακα, ᾤφρασμαι.

S E C V N D A.

Verba quintę coniugationis κα mutant in μαι, ut, ἔκεικα, ἔκειμαι. ἔψαλκα, ἔψαλμαι.

Excipiuntur uerba quintę coniugationis, quę perfectum actiuum in γκα formant. Nam illud in formatione passiuī in μμαι uertunt, ut, ᾤφαγκα, ᾤφαμμαι, μεμόλυκα, μεμόλυμμαι.

Tertia.

T E R T I A.

Verba sextæ coniugationis in αω, εω, ϖω, Si in penultima præteriti actiui uel ω habuerint, in formatione perfecti passiui κα in μαι & non in σμαι uertunt, ut, ποιέω, *πεποίηκα, πεποίημαι.* βοάω, *βεβόηκα, βεβόημαί.* χερύσώ, *λεχεύσωκα, λεχεύσωμαι.*

De cæteris uerbis in ω purum non est certa regula, partim enim eorum κα in σμαι uertunt, ut, ἀκύνω, *ἤκησα, ἤκησμαι.* partim uero in μαι, ut, βασιλεύω, *βεβασίλευκα, βεβασίλευμαι,* quapropter in hac re autorum usum obseruabis.

DE PERSONIS PERFECTI.

Quoniam difficilior & operæ maioris est formatio personarum huius temporis, continuo eam subiiciendam putauī.

Secunda igitur persona fit à prima, uertendo

μαι	} in {	σαι	} ut {	τέτυμμαι, τέτυψαι.
γμαι		ξαι		λέλεγμαι, λέλεξαι.
σμαι		σσαι		πέπησμαι, πέπησαι.
μαι				πεποίημαι, πεποίησαι.

EXCEPTIO.

Verba quintæ coniugationis quæ pri-

mam formant in $\mu\mu\alpha\iota$ idipsum in $\nu\zeta\alpha\iota$ uertendo faciunt secundam, ut $\omega\epsilon\phi\alpha\mu\mu\alpha\iota$, $\omega\epsilon\phi\alpha\nu\zeta\alpha\iota$. $\mu\epsilon\mu\acute{o}\lambda\upsilon\mu\mu\alpha\iota$, $\mu\epsilon\mu\acute{o}\lambda\upsilon\nu\zeta\alpha\iota$.

Tertia persona fit à secunda, uertendo

$\psi\alpha\iota$	} in {	$\pi\eta\alpha\iota$
$\xi\alpha\iota$		$\kappa\tau\alpha\iota$
$\zeta\alpha\iota$		$\sigma\alpha\iota$
$\tau\alpha\iota$		$\tau\kappa\alpha\iota$

$\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\psi\alpha\iota$, $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\pi\eta\alpha\iota$.

$\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\xi\alpha\iota$, $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\kappa\tau\alpha\iota$.

$\omega\epsilon\pi\eta\zeta\alpha\iota$, $\omega\epsilon\pi\acute{\iota}\sigma\alpha\iota$.

in quinta coniugatione $\epsilon\psi\alpha\lambda\zeta\alpha\iota$, $\epsilon\psi\alpha\lambda\tau\alpha\iota$, in quibus σ connecti non potest.

NOTATIVNCVLA.

Verba sextæ coniugationis in $\mu\alpha\iota$ simplex primam formantia, $\zeta\alpha\iota$ secundæ in $\sigma\alpha\iota$, & non in $\sigma\alpha\iota$ commutare solent, ut, $\omega\epsilon\pi\acute{o}\iota\eta\mu\alpha\iota$, $\omega\epsilon\pi\acute{o}\iota\eta\zeta\alpha\iota$, $\omega\epsilon\pi\acute{o}\iota\eta\tau\alpha\iota$. $\beta\epsilon\beta\alpha\sigma\acute{\iota}\lambda\upsilon\mu\alpha\iota$, $\beta\epsilon\beta\alpha\sigma\acute{\iota}\lambda\upsilon\zeta\alpha\iota$, $\beta\epsilon\beta\alpha\sigma\acute{\iota}\lambda\upsilon\tau\alpha\iota$.

Prima persona dualis formatur à prima singulari, $\mu\alpha\iota$ in $\mu\epsilon\theta\omicron\rho$ uerso, ut, $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\mu\mu\alpha\iota$, $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\mu\epsilon\theta\omicron\rho$.

Secundā uero dualis fit à tertia singulari, uertendo.

$\pi\eta\alpha\iota$.

ᾶται	in	φθου	τέτυπᾶται, τέτυφθου.
ιται		χθου	λέλεκται, λέλεχθου.
ται		δοι	ωεποίηται, ωεποίηδοι.
ται		δοι	ωέπῃσαι, ωέπῃδοι.
			in quibus σ connecti non potest, ut, ἐΨαλται, ἐΨαλθου.

Prima persona pluralis fit à prima duali, uertendo ου finale in α, ut, τετύμμεθου, τετύμμεθα.

Secunda fit à secunda duali, ου in ε mutato, ut, τέτυφθου, τέτυφθε.

Tertia formari non potest in his, quorum tertia singularis in ται non purum exit, sed loco eius utimur participio perfecti, cum uerbo substantiuo, τέτυπᾶται, τετυμυθῆναι ἔστι.

Siautem ται tertiæ singularis purum est, tum ab ea formatur tertia pluralis, assumendo ν ante ται, ωεποίηται, ωεποίησται, λέλειπται, λέλειπνται.

DE PLUSQVAM PERFECTO.

Plusquamperfectum formatur à suo perfecto, mutando μαι in μίω, & si perfectum à consonante inceperit, assumen-

do in principio etiam ε, ut, ἐψαλμαι, ἐψάλλω, τέτυμμαι, ἐτετύμην.

DE FORMATIONE
personarum.

Personas cæteras eodem modo quo in perfecto formabis hoc obseruato, quod ubi perfecti persona exit in αι, in plusquamperfecto in ο, ut, τέτυψαι, ἐτέτυψο.

DE PAULO POST FUTURO.

Peculiare futurum uerba passiuæ præter cætera habent, quod paulo post futurum appellatur: unde etiam eius significatio apparet.

Formatur autem à secunda singulari præteriti perfecti, αι finale in ομαι mutando, τέτυψαι, τετύψομαι.

DE INDEFINITO PRIMO.

Indefinitum primum formatur à tertia singulari perfecti, uertendo

ῆται	φθην	τέτυῆται, ἐτύφθην.
κται	χθην	λέλεκται, ἐλέχθην.
σαι in	δην	πέπησαι, ἐπέδην.
ται	θην	ἐψαλται, ἐψάλλην.

Et si perfectum à consonante incipit,
est

est ea abijcienda, ut idem initium habeat indefinitum cum imperfecto.

DE INDEFINITO SECUNDO.

Indefinitum secundum passivum deducitur à sui activi persona prima, *ορ* in *ω* uertendo, ut, *ἐτυπον, ἐτύπω.*

DE FUTURO PRIMO

et secundo.

Futurum primum & secundum formatur à prima persona sui indefiniti passivi, *ω* in *ήμαι* uertendo, & abijciendo augmentum, ut, *ἐτύφθω, τυφθήμαι, ἐτύπω, τυπήμαι.*

DE IMPERATIVO.

Præsens Imperatiui formatur à præsentis Indicatiui, mutando *ομαι* in *ε*, *τύπθεμαι, τύπεε.*

Indefinitum primum fit à tertia sui Indicatiui, assumendo *π* in fine, ut, *ἐτύφθη, τύφθητι.*

Indefinitum secundum similiter fit à tertia sui Indicatiui, assumendo in fine *θι*, ut, *ἐτύπη, τύπηθι.*

Si tamen in ultima tertiæ Indicatiui fuerit aspirata, assumetur *π*, ut, *ἐπίθη, πίθητι.*

DE PERSONIS.

Reliquæ personæ formantur à secunda persona $\kappa\pi$ uel $\kappa\theta\iota$ uariando, ut sequitur :

$\tau\acute{\upsilon}\phi\theta\eta\pi\iota$ D. $\eta\tau\omicron\rho, \acute{\eta}\tau\omega\rho.$
 $\acute{\eta}\tau\omega$

$\tau\acute{\upsilon}\pi\theta\eta\iota$ P. $\eta\tau\epsilon, \acute{\eta}\tau\omega\varsigma\alpha\rho.$

Perfectum fit à secunda persona sui Indicatiui, $\alpha\iota$ in \omicron solum uerso, $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\psi\alpha\iota,$
 $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\psi\omicron.$

Tertia fit à secunda, uertendo

$\psi\omicron$ $\phi\theta\omega$ $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\psi\omicron, \tau\epsilon\tau\acute{\upsilon}\phi\theta\omega.$

$\xi\omicron$ $\chi\theta\omega$ $\lambda\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\xi\omicron, \lambda\epsilon\lambda\acute{\epsilon}\chi\theta\omega.$

$\sigma\omicron$ $\iota\upsilon$ $\delta\omega$ $\omega\acute{\epsilon}\pi\epsilon\iota\varsigma, \omega\epsilon\pi\acute{\epsilon}\iota\delta\omega.$

$\sigma\omicron$ $\delta\omega$ in quibus σ connecti non potest, $\acute{\epsilon}\psi\alpha\lambda\varsigma, \acute{\epsilon}\psi\acute{\alpha}\lambda\theta\omega.$

Reliquæ personæ formantur à tertia, ω finale uariando, ut sequitur.

$\omega.$ D. $\omicron\rho, \omega\rho.$ P. $\epsilon, \omega\varsigma\alpha\rho.$

DE OPTATIVO.

Præsens & futura omnia formantur à prima persona sui Indicatiui, uariando $\omicron\mu\alpha\iota$ in $\omicron\acute{\iota}\mu\iota\omega$, ut, $\tau\acute{\upsilon}\pi\theta\omicron\mu\alpha\iota, \tau\upsilon\pi\theta\acute{\iota}\omicron\mu\iota\omega, \tau\upsilon\phi\theta\acute{\eta}\varsigma\omicron\mu\alpha\iota, \tau\upsilon\phi\theta\eta\kappa\acute{\iota}\omicron\mu\iota\omega, \tau\upsilon\pi\theta\acute{\eta}\varsigma\omicron\mu\alpha\iota, \tau\upsilon\pi\theta\eta\kappa\acute{\iota}\omicron\mu\iota\omega, \tau\epsilon\tau\acute{\upsilon}\psi\omicron\mu\alpha\iota, \tau\epsilon\tau\upsilon\psi\acute{\iota}\omicron\mu\iota\omega.$

Indefi-

Indefinitum utrunque fit à prima sui Indicatiui, *λω* in *έλω* uerso, ut, *ετύφθλω*, *τυφθείλω*, *ετύπω*, *τυπέλω*.

Præteritum perfectum plærunque in hoc modo non formatur, sed loco eius utimur participio perfecti, & uerbo substantiuo eiusdem modi, quod apud Latinos in omni perfecto passiuo usu uenit, *τετυμμένον έλω*, *βεβασιλολυμένον έλω*.

Plæruncq; dixi, quia si perfectum Indicatiui in *μαι* uel *ωμαι* exierit, formabitur ab eo perfectum optatiui, *μαι* in *μλω* uertendo, & sub *η* uel *ω*, diphthongus ut fiat, i subscríbendo, ut, *ωεποίημαι*, *ωεποίημλω*, *λεχρύσωμαι*, *λεχρύσώμλω*.

Reliquæ personæ formantur in his à prima, *μλω* uariando, ut sequitur:

S	<i>πεποίημλω</i> ,	<i>ο</i> ,	<i>το</i> .
D	<i>μεθορ</i> ,	<i>δορ</i> ,	<i>διλω</i>
P	<i>μεθα</i> ,	<i>διε</i> ,	<i>υπο</i> .

DE SUBIUNCTIVO.

Præsens subiunctiuui fit à prima persona præsens Indicatiui passiuui, de quo aduertendum est, *ο* in *ω*, & *ε* in *η* ubiq; uertenda esse, ut, *ετύπῃσμαι* *εάν* *ετύπῃωμαι*, *ετύπῃ*
τετεκῃ,

πται, εὐὸν τὴνπῆται, τὴνπῆδορ, εὐὸν τὴνπῆδορ, & sic de alijs.

Indefinitum utrumq; fit à prima sui Indicatiui, *ω* in *ω* circumflexum mutata, εὐφθω, τυφθῶ, εὐπλω, τυπῶ.

Perfectum (quemadmodum in Optatio) plerumq; non formatur, sed uicem eius præstat participium perfecti, cum uerbo substantiuo eiusdem modi, ut, *τετυμλύνθῃς*, &c.

In his autem quæ in *μαι* uel *ωμαι* perfectum indicatiui finiunt, formatur subiunctiuum ab eo, *η* uel *ω* in *ω* uerso, ut, *πεποιήμαι*, *πεποιῶμαι*. *λεχρυσώμαι*, *λεχρυσῶμαι*.

Secunda fit à prima, *ωμαι* in uocalem indicatiui perfecti, cum, subscripto commutando, eamq; circumflectendo, *πεποιῆν*.

Tertia uero à secunda, mutando *η* uel *ω* in *ηται*, ut, *πεποιῆται*, *λεχρυσῆται*.

Reliquæ personæ formantur à secunda, *η* uel *ω* uariando, ut sequitur:

D	ώμεθορ	ἠδιορ	ἠδιορ.
P	ώμεθα	ἠδιε	ῶνται.

DE INFINITIVO.

Præſens & tria futura formantur à ter-
tia ſingulari ſuorum Indicatiuorum, ται
in δαι uertendo, ut, τὺπῆται, τὺπῆδαι,
τυφθῆσεται, τυφθῆσέδαι, τυπῆσεται, τυ-
πῆσέδαι, πετύψεται, πετύψέδαι.

Perfectum infinitiui fit à ſecunda plu-
rali Indicatiui, ε in αι uerſo, τέτυφθε, τε-
τύφθαι.

Indefinitum utrumq; fit à prima ſui In-
dicatiui, aſſumendo in fine ναι, ut, ἐτύφ-
θῳ, τυφθῶναι, ἐτύπῳ, τυπῶναι.

PARADIGMA INFINITIVI.

Præſens & Imperfectum	τὺπῆδαι.
Perfectũ & pluſquampfectum	τέτύφθαι.
Aoriſtus primus	τυφθῶναι.
Aoriſtus ſecundus	τυπῶναι.
Futurum primum	τυφθῆσεδις.
Futurum ſecundum	τυπῆσεδις.
Paulo poſt futurum	πετύψέδις.

DE PARTICIPIIS EORVM.

Participia præſentis, trium futurorum
& præteriti perfecti, deducuntur à prima
perſona ſuorum Indicatiuorum, μαι uer-
tendo

tendo in $\mu\lambda\upsilon\Theta$, ut, $\tau\acute{\upsilon}\pi\eta\omicron\mu\alpha\iota$, $\tau\upsilon\pi\eta\acute{o}\mu\lambda\iota\Theta$,
 $\tau\acute{\epsilon}\tau\upsilon\mu\mu\alpha\iota$, $\tau\epsilon\tau\upsilon\mu\mu\lambda\iota\Theta$, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\eta}\mu\alpha\iota$, $\tau\upsilon\phi\theta\eta\epsilon$
 $\sigma\acute{o}\mu\lambda\iota\Theta$, $\tau\upsilon\pi\acute{\eta}\mu\alpha\iota$, $\tau\upsilon\pi\eta\sigma\acute{o}\mu\lambda\iota\Theta$, $\tau\epsilon\tau\acute{\upsilon}\psi\omicron\mu$
 $\alpha\iota$, $\tau\epsilon\tau\upsilon\psi\acute{o}\mu\lambda\iota\Theta$.

Indefiniti utriusq; participia masculina deducuntur à prima suorum indicationum $\lambda\omega$ in $\alpha\varsigma$ commutato, $\epsilon\tau\acute{\upsilon}\phi\theta\lambda\omega$, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\alpha}\varsigma$, $\epsilon\tau\acute{\upsilon}\pi\lambda\omega$, $\tau\upsilon\pi\acute{\alpha}\varsigma$.

Fœminina uero à masculinis, assumendo in fine α , ut, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\alpha}\alpha$, $\tau\upsilon\pi\acute{\alpha}\alpha$.

Neutra similiter à masculinis, $\alpha\varsigma$ in $\gamma\upsilon$ mutato, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\alpha}\varsigma$, $\tau\upsilon\phi\theta\gamma\acute{\iota}$, $\tau\upsilon\pi\acute{\alpha}\varsigma$, $\tau\upsilon\pi\gamma\acute{\iota}$.

Fœminina sunt declinationis secundæ, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\alpha}\alpha$, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\alpha}\sigma\eta\varsigma$, $\tau\upsilon\pi\acute{\alpha}\alpha$, $\tau\upsilon\pi\acute{\alpha}\sigma\eta\varsigma$.

Masculina uero & neutra quintæ, Genitium autem formant $\alpha\varsigma$ uel $\gamma\upsilon$ in $\gamma\acute{\iota}\tau\Theta$ mutando, $\tau\upsilon\phi\theta\acute{\alpha}\varsigma$, $\tau\upsilon\phi\theta\gamma\acute{\iota}\tau\Theta$, $\tau\upsilon\phi\theta\gamma\acute{\iota}$, $\tau\upsilon\phi\theta\gamma\acute{\iota}\tau\omicron\varsigma$, $\tau\upsilon\pi\acute{\alpha}\varsigma$, $\tau\upsilon\pi\gamma\acute{\iota}\tau\omicron\varsigma$, $\tau\upsilon\pi\gamma\acute{\iota}$, $\tau\upsilon\pi\gamma\acute{\iota}\tau\omicron\varsigma$.

DE MEDIIS VERBORUM in ω .

Quæ appellentur Mediæ, cum de uerborum generibus tractaretur, est ostensum, idq; ex Theodori Gazæ sententia, quam

quam ego, ut uerissimam, sequendam
censeo.

DE INDICATIVO.

Præsens omnium modorum coincidit
cum suo passiuo, ut, *τύπσομαι, τύπῃς, τυ-
πῶμαι, εὐτύπσομαι, εὐτύπῃς, εὐ-
τύπῶμαι*.

Præteritum imperfectum itidem coin-
cidit cum passiuo, ut, *εὐτύπῃμι*.

Futurum primum sicut præsens forma-
tur à prima sui Indicatiui actiui, ω uertendo
in ομαι, ut, *τύψω, τύψομαι*.

Excipitur futurum primum quintæ
coniugationis, quæ uertit ω in ῥμαι, ut, *με-
νῶ, μνησῶμαι, σελῶ, σελήσῶμαι*.

Futurum secundum similiter fit à suo
actiuo, uertendo ω in ῥμαι, ut, *τυπῶ, τυ-
πῶμαι*.

Indefinitum primum fit à prima per-
sona sui actiui, assumendo in fine μω, ut,
εὐτύψα, εὐτύψάμω.

Indefinitum secundum sicut præteri-
tum imperfectum fit à suo actiuo, ου fi-
nale primæ personæ, uertendo in όμω, ut,
εὐτυποῦν, εὐτυπόμω.

De

DE PRAETERITO PERFECTO.

Præteritum perfectum Medium deditur à prima sui actiui, uertendo distinctiuam præteriti in eam consonantem, quæ *ορ* Indefiniti secundi præcedit, ἔτυπον, ἔτυφα, ἔτυπα.

EXCEPTIONES.

Excipiuntur uerba in *λω, ρω, & ω* purum, Ea enim distinctiuam præteriti omnino abijciunt, non in aliam mutant, ut, ἔψαλκα, ἔψαλα, ἔπαρκα, ἔπαρα, ἠκκα, ἠκα.

Perpauca tamen reperias uerba in *ω* purum, quæ medium perfectum habeant usitatum, & quæ habent, nonnulla regulam etiam non sequuntur, δ'ῶπ'έω, δ'έδ'ῶπυκα, δ'έδ'ῶπα.

In *δλω & δω* exeuntia eo omnino carent, præter ἄκ'ῶ.

Secundo excipe uerba in *νω*, mutantia *ν* in *γ* in præterito, ea namque *κ* abijciunt, et *γ* in *ν* denique uertunt, π'έφαγα, π'έφηννα.

Tertio excipe uerba quintæ coniugationis, quæ in *ηκα* præteritum formant. Eorum namque perfectum fit ab actiuo, abijci-

Non uerum, siue actiui siue mediæ perfectum ω: ea sola remanet ante a. præteritum in præterito medio ω: ἄνω, ἄλω, ἄλω, ἄλω.

abijciendo ηκ, ut, *λεκάμνηκα, λίκναμα, πτέμνηκα, τέτομα.*

DE PENULTIMA PERFECTI.

Si in penultima præsentis actiui fuerit αι, uertetur ea in perfecti medij formatione in η, ut, *φαίνω, ᾤφαγκα, ᾤφηναι.*

Si uero in penultima fuerit ε uel α, uertetur ε in perfecti medij formatione in ο, ut, *ᾤσσω, ᾤπηνκα, ᾤποιθα. ᾤδρω, ἔπαρκα, ἔπαορα.*

DE PLUSQVAM PERFECTO.

Plusquamperfectū formatur à suo perfecto medio eodem modo quo in actiuis, *ἤκκα, ἤκκαρ. τέτυπα, ἐτέτυπαρ.*

DE IMPERATIVO.

Præsens Imperatiui coincidit cum suo passiuo *τύπῃς*. Eodem modo formatur Imperatiuus indefiniti secundi à prima persona sui Indicatiui, mutando *όμελω* in *ᾷ* circumflexum, ut, *ἐτυπόμελω, τυπᾷ.*

Indefinitum primum autem formatur à prima sui Indicatiui, uertendo *όμελω* in αι, ut, *ἐτυψάμελω, τύψαι.*

Præteritum perfectum fit à prima persona Indicatiui sui, *τέτυπα, τέτυπε.*

G

De

DE OPTATIVO.

Tempora optatiui omnia (præter præteritum perfectũ, quod fit ab Indicatiuo suo, τέτυπα, τέτυποι) deducuntur à suis actiuis, μι in μλω uertendo, ut τύποιμι, τυποίμην, τύποιμι, τυποίμην, τύψαιμι, τυψάιμην, τύψοιμι, τυψοίμην, τυποίμι, τυποίμην.

DE SUBIUNCTIVO.

Tempora Subiunctiui deducuntur à suis subiunctiuis actiuis, assumpta in fine μαι syllaba, ut, τύπῃω, τύπῃωμαι, τύψῃω, τύψῃωμαι, τύπῃω, τύπῃωμαι.

Perfectum fit ab Indicatiuo, τέτυπα, τέτυπῃω.

DE INFINITIVO.

Infinitiui tempora deducuntur à tertia persona suorum indicatiuorum, ut ται uel το in δαι uertendo, ut τύπῃεται, τύπῃεσθαι, ἐτύπῃεσθαι, τυπῃέδαι, τύψῃεται, τύψῃεσθαι, τυπῃᾶται, τυπῃᾶσθαι, τετυπῃῆναι, ut τετυψῃῆναι, ἐτύψῃῆσθαι, τύψῃᾶσθαι.

PARADIGMA INFINITIVI.

Præsens & imperfectum τύπῃεσθαι.

Perfectũ & plusquamperfectũ τετυπῃῆναι.

Indefi-

Indefinitum primum	τύψαθα.
Indefinitum secundum	τυπέδα.
Futurum primum	τύψεθα.
Futurum secundum	τυπέδα.

DE PARTICIPIIS EORVM.

Participia masculina deducuntur à prima persona suorum Indicatiuorum, *μαε* uel *μῶ* uertendo in *μενθ*, & abijciendo indefinitorum augmentum.

Fœminina à Masculinis fiunt, *ος* in *υ* uerso.

Neutra similiter à Masculinis, *σ* in *υ* mutato.

τύπσομαι, τυπόμενθ, τυπόμενη, τυπόμενον.
 τύψομαι, τυψόμενθ, τυψομένη, τυψόμενον.
 τυπῶμαι, τυπῶμενθ, τυπῶμένη, τυπῶμενον.
 ἐτυψάμην, ἐτυψάμενθ, ἐτυψαμένη, ἐτυψάμε-
 νον.

ἐτυπόμην, τυπόμενθ, τυπομένη, τυπόμε-
 νον.

Masculina & Neutra sunt declinationis tertiæ. Fœminia secundæ.

Præteritum actiui sui declinationem & formationem sequitur. Dicimus itaq; *πετυπῶς*, *πετυπότθ*, *πετυπῶα*, *πετυπῶας*,

πετυπός, πετυπότθ, quemadmodum in actiuis ostensum reperitur.

DE CONTRACTIONE
uerborum.

Sunt nonnulla uerba in ω uel ομαι purum, quæ in præsentī & imperfecto omnium modorum contractionem uocalium concurrentium patiuntur, quæ tribus formis comprehenditur.

P R I M A.

Est uerborum in εω uel εομαι, quæ sequentes habet contractiones:

ω	ω̄	ποιέω, ποιῶ.
ο	ο̄	ποιέομαι, ποιῶμαι, ἐποιέομαι, ἐποιῶμαι.
ε̄ contra ante hitur	ῃ	ποιέῃ, ποιῶν, ἐποιέῃ, ἐποιῶν.
ει in	ῆ	ποιέῃ, ποιῶν.
η	ῆ	ποιέῃ, ποιῶν.
οι	οῖ	ποιέοιμι, ποιῶμι.

Nota, quod si ε præcedat aliquā diphthongum, in eandem contrahitur.

Excipe

Excipe uerba in $\epsilon\omega$ bisyllaba, quæ primas præsentis & imperfecti, item tertias plurales non contrahunt, quamuis reliquæ personæ omnes patiantur, ut, $\pi\lambda\acute{\epsilon}\omega$, $\epsilon\pi\lambda\epsilon\omicron\mu$, $\pi\lambda\acute{\epsilon}\epsilon\varsigma$, $\pi\lambda\epsilon\grave{\iota}\varsigma$.

S E C V N D A.

Est uerborum in $\alpha\omega$ uel $\alpha\omicron\mu\alpha\iota$, subsequentes habens uocalium contractiones:

ω	$\tilde{\omega}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\omega$, $\beta\omicron\tilde{\omega}$.
\omicron	$\tilde{\omega}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\omicron\mu\alpha\iota$, $\beta\omicron\tilde{\omega}\mu\alpha\iota$.
$\omicron\iota$ contra-	$\tilde{\omega}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\omicron\iota\mu\iota$, $\beta\omicron\tilde{\omega}\iota\mu\iota$.
α ante χ hitur	$\tilde{\omega}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\chi\sigma\iota$, $\beta\omicron\tilde{\omega}\sigma\iota$.
ϵ in	$\tilde{\alpha}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\epsilon\sigma\mu$, $\beta\omicron\tilde{\alpha}\tau\omicron\mu$.
$\epsilon\iota$	$\tilde{\alpha}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\epsilon\iota$, $\beta\omicron\tilde{\alpha}\epsilon\iota$.
η	$\tilde{\alpha}$	$\beta\omicron\acute{\alpha}\eta$, $\beta\omicron\tilde{\alpha}\eta$.

Studiofus in hac coniugatione duas tantum contractiones notabit, α scilicet & ω : Quia omnia contrahuntur uel in α uel in ω . Nam post ipsum α sequitur uel ϵ , uel η , uel \omicron , uel ω . Si ϵ uel η sequatur, contractio fit in α productum, ut, $\beta\omicron\acute{\alpha}\epsilon\tau\epsilon$, $\beta\omicron\tilde{\alpha}\tau\epsilon$, $\beta\omicron\acute{\alpha}\eta\tau\epsilon$, $\beta\omicron\tilde{\alpha}\tau\epsilon$. Sin' \omicron aut ω sequitur, tunc semper fit contractio in ω , ut, $\beta\omicron\acute{\alpha}\omega$, $\beta\omicron\tilde{\omega}$, $\beta\omicron\acute{\alpha}\omicron\mu\epsilon\nu$, $\beta\omicron\tilde{\omega}\mu\epsilon\nu$. At ubi in diphthongis

go propria: repertum fuerit, idem facta contractione in diphthongum impropriam migrans, subscribetur, ut, *βοᾶς, βοᾶς, βοᾶς, βοᾶ, βοᾶ, βοᾶοιμι, βοᾶμι*. Si uero in diphthongo *υ* reperitur, id omnino abijciendum est, *βοᾶσαι, βοᾶσι*.

T E R T I A.

Est uerborum in *οω* uel *οομαι*, sequentesq; habet contractiones:

o ante	ω	ω	χρυσόω, χρυσῶ.
	ο	ῶ	χρυσόομαι, χρυσῶμαι.
	ο	ῶ	χρυσόοις, χρυσῶσι.
	ε contra	ῶ	χρυσόομαι, χρυσῶται.
	ει hitur	ῶ	χρυσόει, χρυσῶ.
	ει in	οῖ	χρυσόοι, χρυσῶ.
	οι	οῖ	χρυσόοιμι, χρυσῶμι.
	η	οῖ	χρυσόη, χρυσῶ.
	η	ῶ	χρυσόηται, χρυσῶται.

Studiosus in hac coniugatione tres contractiones notabit, scilicet *οι, ο, ω*. Nā si post *ο* sequitur *ε* aut alterum *ο*, siue solum siue in diphthongo, contractio fit in *ου, ui, χρυσόοι, χρυσῶται, χρυσόομαι, χρυσῶμαι, χρυσόοις, χρυσῶσι*. Sin *η* aut *ω* sequitur,

quitur, in ω fit contractio, ut, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\gamma\tau\omicron\mu$,
 $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\tau\omicron\mu$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\omega\sigma\iota$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\omega\sigma\iota$. Si autem
 in quapiam diphthongo propria uel im-
 propria repertum fuerit, in $\omicron\iota$ semper fit
 contractio, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\omicron\iota\varsigma$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\iota\varsigma$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\omicron\iota\mu\iota$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\iota\mu\iota$,
 $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\iota\mu\iota$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\iota\mu\iota$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\iota\mu\iota$. Excipitur Infinitiuus
 actiuus, ubi in $\omicron\upsilon$ fit contractio. Dicimus
 enim $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\omicron\upsilon$, $\chi\rho\upsilon\sigma\acute{o}\omicron\upsilon$.

DE VERRIS IN MI EORVM
 que formatione.

Verba in $\mu\iota$ omnia deriuata sunt. De-
 ducuntur enim à uerbis in $\acute{\alpha}\omega$, $\acute{\epsilon}\omega$, $\acute{\omicron}\omega$, &
 $\acute{\upsilon}\omega$, assumendo in principio ι , & si fieri po-
 test, per regulas in præterito perfectio tra-
 ditas, reduplicetur prima consonans uer-
 bi, post hæc mutabitur ultima & penulti-
 ma, ut sequitur:

$\acute{\alpha}\omega$	uerbitur in	$\mu\iota$	ut	$\acute{\alpha}\omega$, $\acute{\iota}\varsigma\mu\iota$.
$\acute{\epsilon}\omega$		$\mu\iota$		$\acute{\epsilon}\omega$, $\acute{\pi}\theta\eta\mu\iota$.
$\acute{\omicron}\omega$		$\omega\mu\iota$		$\acute{\omicron}\omega$, $\acute{\delta}\acute{\iota}\delta\omega\mu\iota$.
$\acute{\upsilon}\omega$		$\upsilon\mu\iota$		$\acute{\iota}\delta\upsilon\gamma\gamma\acute{\upsilon}\omega$, $\acute{\iota}\delta\upsilon\gamma\gamma\upsilon\mu\iota$.

Excipe deducta à uerbis in $\upsilon\omega$, quæ in
 principio nihil assument, ut, $\acute{\iota}\epsilon\upsilon\gamma\gamma\acute{\upsilon}\omega$, $\acute{\iota}\delta\upsilon\gamma\gamma\upsilon\mu\iota$.

DE CONIVGATIONIS

cognitione.

Coniugatio cognoscitur ex uocali præcedente $\mu\alpha\iota$ præsentis passiui uel mediæ.

	1	ϵ	$\pi\acute{\iota}\theta\eta\mu\iota, \pi\acute{\iota}\theta\epsilon\mu\alpha\iota.$
Nota coniugationis	2	α	$\acute{\iota}\sigma\eta\mu\iota, \acute{\iota}\sigma\alpha\mu\alpha\iota.$
	3	o	$\delta\acute{\iota}\delta\omega\mu\iota, \delta\acute{\iota}\delta\omicron\mu\alpha\iota.$
	4	u	$\zeta\acute{o}\gamma\upsilon\upsilon\mu\iota, \zeta\acute{o}\gamma\upsilon\upsilon\mu\alpha\iota.$

NOTATIVNCVLA.

Coniugationes tres priores, tria tantum tempora propria habent: Præsens, Imperfectum, & Indefinitum secundum. Quarta uero, Præsens & Imperfectum, quæ sola duo tempora habet, defectiua plane existens. Reliqua ex primitiuorum coniugatione mutuamur.

DE IMPERFECTO.

Imperfectum formatur à præsentī mutatione $\mu\iota$ syllabæ in υ , factioq; augmento, iuxta præscriptum in uerbis in ω , $\pi\acute{\iota}\theta\eta\mu\iota$, $\acute{\iota}\pi\acute{\iota}\theta\lambda\omega$, $\acute{\iota}\sigma\eta\mu\iota$, $\acute{\iota}\sigma\lambda\omega$.

Secunda eius personæ fit à prima, υ in σ mutato, $\acute{\iota}\pi\acute{\iota}\theta\lambda\omega$, $\acute{\iota}\pi\acute{\iota}\theta\upsilon\sigma$.

Tertia uero à secunda, abiëctione σ , ut, $\acute{\iota}\pi\acute{\iota}\theta\eta$.

Reliquæ

Reliquæ personæ formantur, ut in præsentī, præterquam quod tertia dualis in $\tau\lambda\omega$ exit, $\epsilon\pi\theta\epsilon\tau\lambda\omega$.

Ab hac tertia duali fit tertia pluralis, $\tau\lambda\omega$ in $\sigma\alpha\nu$ uertendo, $\epsilon\pi\theta\epsilon\tau\lambda\omega$, $\epsilon\pi\theta\epsilon\sigma\alpha\nu$.

DE INDEFINITO SECUNDO.

Indefinitum secundum uariatur à futuro primo, uersione $\sigma\omega$ finalis in ν , & assumptione augmenti, $\theta\acute{\eta}\sigma\omega$, $\epsilon\theta\lambda\omega$, $\sigma\acute{\eta}\sigma\omega$, $\epsilon\sigma\lambda\omega$, $\epsilon\acute{\omega}\sigma\omega$, $\epsilon\delta\omicron\rho$.

DE IMPERATIVO.

Præsens & Indefinitum secundum Imperatiui, formatur à prima plurali sui Indicatiui, $\mu\epsilon\nu$ in $\theta\iota$ mutato, ut, $\epsilon\sigma\alpha\mu\theta\iota$, $\epsilon\sigma\alpha\theta\iota$.

Si tamen in penultima Indicatiui fuerit aspirata, uertitur $\mu\epsilon\nu$ in π , $\pi\acute{\iota}\theta\epsilon\mu\epsilon\nu$, $\pi\acute{\iota}\theta\epsilon\lambda\epsilon$.

EXCEPTIO.

Excipiuntur tria uerba, quæ Imperatiuum indefiniti aliter formant, $\epsilon\sigma\eta\sigma\iota\varsigma$, $\theta\epsilon\iota\varsigma$, $\epsilon\delta\omega\varsigma$, $\delta\acute{\iota}\sigma\iota\varsigma$, $\eta\varsigma$, $\epsilon\varsigma$.

DE OPTATIVO.

Præsens & Indefinitum secundum Optatiui, fit à prima plurali sui Indicatiui, mutando $\mu\epsilon\nu$ in $\acute{\epsilon}\lambda\omega$, ut, $\pi\acute{\iota}\theta\epsilon\mu\acute{\epsilon}\lambda\omega$, $\pi\acute{\iota}\theta\acute{\epsilon}\lambda\omega$, $\epsilon\theta\epsilon\mu\acute{\epsilon}\lambda\omega$, $\theta\acute{\acute{\epsilon}}\lambda\omega$.

G ;

Quod

Quod si penultima primæ pluralis Indicatiui longa est, mutatur ea etiam in cōiugationis distinctiuam, ἔσμεν, σάμεν.

NOTATIVNCVLA.

In quarta coniugatione Optatiuus & Subiunctiuius omnino deficit.

DE SVBIVNCTIVO.

Subiunctiua huiusmodi fiunt à suis Indicatiuis, à prima scilicet persona, ἡμι, ὠμι, ῶ uel ὦν, in ὦ circumflexum conuersa, πῖθμι, πῖθῶ. ἴσμι, ἴσῶ. δίδωμι, δίδῶ. ἔθλω, θῶ. ἔσλω, σῶ. ἔθλωρ, θῶ.

DE INFINITIVO.

- Infinitiuia præsentis & indefiniti secundi, fiunt à prima persona plurali sui Indicatiui, μν in ναι uerso, ut, πῖθεμεν, πῖθναι. ἴσαμεν, ἴσναι. ἔσμεν, σῶναι.

Excipiuntur Indefinita tria, quæ penultimam diphthongum præterea faciunt. Dicimus enim, θέναι, δούναι, εἶναι.

DE PARTICIPIIS ACTI-
uis eorum.

Partic

Participia masculina fi- unt à secūda fui indicati- ui, uertendo	ns	ās	πῖθης, πῖθᾶς, ἐθης, θαῖς.
	in	ut	ἴσης, ἰσᾶς, ἔσης, σᾶς.
	ws	ūs	διδῶς, διδῶς, ἐ- δῶς, δῶς.
	us	ūs	ζούγυς, ζούγυς.

Fœminina deducuntur à masculinis, assumpto in fine α, ut, πῖθαα, θαα. Et sunt declinationis secundæ.

Masculina sunt declinationis quintæ, formatur uero genitiuus ut sequitur:

Genitiuus fit à nominati- uo, uerten- do	1	as	ἐντ	πῖθᾶς, πῖ- θῶντ.
	2	as	αὐτ	ἰσᾶς, ἰσᾶν- τ.
	3	ws	όντ	διδῶς, δι- δόντ.
	4	ūs	ούτ	ζούγυς, ζούγυν- τ.

Neutra sunt à genitiuo masculinorum, abijciendo τ, ut, πῖθῶντ, πῖθῶν. Genitiuum masculinis similem habent.

De re

De reliquis participiis infra uidebis in integris exemplis uerborum in *μι*.

DE PASSIVIS EORVM.

Præsens fit ab actiuo, extrema in *μαι*, ac penultima in uocalem primitiui mutata, ut, *τιθῆμι*, *τιθεμαι*, *ἴσκημι*, *ἴσκαμαι*, *δίδωμι*, *δίδομαι*, *ζέγγυμι*, *ζέγγυμαι*.

